

## Universitätsbibliothek Paderborn

### V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tribunal Conscientiæ Per Varias  
Examinis Industrias seipsam dijudicantis, Tendentibus ad perfectionem,  
præsertim Religiosis accommodatum

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066413**

Industria X. Ratio examinandi fontes communiores omnium, at præcipuè  
quotidianorum defectuum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45441**

9. Dr. 4.  
bicki  
Oper. 28.  
Tomus  
N. V  
58

cum novo anno, novus quoque ardor spiritus  
in Dei servitio concipiendus, & pro toto anno  
corradendus est. ita ut anni novi proposita ea-  
dem sint cum his, quæ sunt hoc loco. Puncto i.  
ad exequendum recensita.

## INDUSTRIA X.

*Ratio examinandi fontes communiores communium  
at præcipue quotidianorum defectuum.*

**E**SSE aliquos peccatorum & defectuum fon-  
tes certum est. esse complures, etiam id cer-  
tum: esse aliquos notiores, occultiores aliquos,  
id quoque certum esse debet. Hæc Industria ali-  
quos, & eos ferè subtiliores, occultioresque &  
intimos internosque, etiam perfectis expenden-  
dos proponit. Hæc verò expensio, est ad vitæ  
spiritualis perfectionem maximi momenti, al-  
ter enim quotidiani defectus, nec sane rari, aut  
leves corrigi non poterunt unquam: fontibus  
enim patentibus, scaturiet defectuum aqua: pa-  
ttere autem necesse est fontes, nisi obturentur,  
obturari non possunt, nisi cogniti prius fuerint.  
Eos ergo nosse, expendere, & quotidie præ-  
oculis habere oportet, quod hac examinandi  
ratione fieri poterit.

**PUNCTUM I.** Continebit recogitationem  
Divini Dominii super te, (& super omnes crea-  
turas) absoluti, & plenè Altii, altissimeque pleni,  
Continebit etiam, actionem gratiarum pro be-  
neficiis. Denique, continebit aestimationem &  
dilectionem Dignitatis Divinæ gratuitam & sub-  
limem.

PUN.

PUNCTUM II. Continebit Postulationem  
1. Luminis. 2. Contritionis, specialiter pene-  
trantis animam, solidantisque in bono eandem,  
ut immaculatè vivere possit coram Deo semper  
neque in varia errata peccataque deflectere.

PUNCTUM III. Continebit inspectionem  
confessionemque infra positorum capitum, quæ  
sunt fonticuli communes defectum plurimo-  
rum, pias animas quotidie infestantium, & in  
conspectu Sponsi maculantium.

1. Inconsideratio, ante, in, post opus: item-  
que defectus deliberationis, & electionis. 2.  
Languor mentis, & tepiditas quædam, effic-  
ciam & conatum enervans fervoris, nec sinens  
adæquari proposita executione, lumen intelle-  
ctus affectu, effectuque. 3. Inconstantia in  
bene cœptis, aut propositis, ob causas leves,  
aut amovibiles in tempus aliud æquè bonum:  
unde fit, ut minimæ res, maximas impedian-  
t. 4. Dilatio de die in diem, de hora in horam,  
quæ tamen essent hic & nunc agenda. 5. Fidu-  
cia quædam sui, & spes supplementi blanditio-  
que felicitatis, & facilis compensationis. 6. In-  
tentionis defectus, & quod vel absit, vel pura  
non adsit, sed mista proprio commodo, vel  
obsoleta, ac frigida, id est, pridem non reno-  
vata. 7. Irresignatio & irresolutio, timores hu-  
mani, amaritudines sæpè vanæ, ac tantum ima-  
ginariæ, atque à phantasia illudente sibi met pro-  
fectæ. 8. Delectationes atque commoditatum  
indulSIONES, satisfactionesque naturæ naturales,  
ac blandimenta & servitia sibi met impensa, con-  
descensiones. 9. Præcipitatio, tumultatio, defec-  
tus præsentia ad se, dominiique sui, festinatio,

V.P. Druzb. Op. IX.

D

ursio

ursio inquieta, nec causam rationabilem habens,  
 sed sese fallens, ac tempus homini eripiens, vi-  
 tamque ordinatam perturbans, differri, amitti  
 multa consueta faciens. 10. Incogitantia & im-  
 prævisio, tam agendorum, quam incidentium,  
 unde fit ut improvisa improviso, ingruant, per-  
 turbent, &c. quod etiam faciunt propriæ delig-  
 nationes, ad pauca respicientes, quæ quando  
 secus eveniunt, animæ perturbationem & mo-  
 lestiam, disgustus contra authores in animo ge-  
 nerant, unde omnia velle oportet sic fieri prout  
 fiunt, quando jam fiunt, immo & antequam  
 fiant omnia, ita volenda sunt prout fient, modò  
 ne nostrâ culpâ male futura sint. 11. Inhasio  
 tenax ad proprium ordinem propriamque de-  
 signationem, quam dum aliquo interventu ne-  
 cessariæ rei turbare cogimur, turbamur animo,  
 & amari reddimur in responsis. 12. Justificatio  
 sui, & quædam excusatio etiam in malo, in er-  
 fore, postque illum contra proprii cordis con-  
 scientiam, & coram aliis. 13. Dissimulatio &  
 quædam sepultio atque oblivio affectata in con-  
 scientia errorum, defectuum, remorsuum, mo-  
 nitionum internarum. 14. Inordinatio tempo-  
 rum actionumque, quæ, vel facta non suo or-  
 dine facit, vel ordinem non habet. 15. Fuga  
 confusionis, silentiumque defectuum confuti-  
 vorum coram Deo, conscientia, confessario.  
 16. Scandala in specie modica data aliis. 17.  
 Obstructio gratiarum excitantium, & invitani-  
 tum ad bona agenda, dissimulatione, dilatione.  
 18. Omissiones minutorum, & fuga laboris &  
 advertentiæ, vel floccipensiones. 19. Conje-  
 ctio sui in temporis angustias, unde festinatio,  
 omisso,

Dr. L.  
 Bicki  
 P. 125 c  
 Tomus  
 N. V  
 58

omissio, levvi brachio expeditio. 20. Commis-  
siones variæ, defectuosæ, ex usu antiquo, vel  
alicuius hominis causa. 21. Occasiones usitatæ  
nobis & solitæ deficiendi, dare ansam, præcipue  
gulæ, oblocutionis effusionis, curiositatis, &c.  
22. Respectus & humanæ rationes, sperantes,  
timentes, differentes, dissimulantes. 23. Con-  
temptus præcipue minimorum, tūm non obli-  
gantium, vel non sub peccato obligantium 24.  
Oblivio, quæ sāpē provenit ex fiducia memo-  
riæ. 25. Desuetudo, vel contra assuetudo. 26.  
Amicitiæ humanæ facilè & dulciter persuaden-  
tes. 27. Mollities animi & debilitas apprehen-  
sionis, facilisque deflexus à seriis, ab inceptis,  
à propositis bonis ad vana. 28. Causa non cau-  
sa, sive apprehensio causæ agendi, vel non a-  
gendi, quæ tamen revera non est causa idonea.  
v. g. venit in mentem non sonuisse horam, ac  
ideo non elevandam esse mentem ad DEUM,  
non elevatur, &c. Item venit in mentem facere  
hoc vel illud, & occurrit jam transiisse tempus,  
atque non sit, cùm tamen utiliter commodè  
que fieret. Item venit in mentem orare, sed  
occurrit imaginem non esse, vel rudem esse,  
atque ita non oratur, cùm tamen non sit causa  
sufficiens non orandi ruditas imaginis, potest  
enim etiam coram rudi, etiam sine omni imagi-  
ne, orari, &c.

PUNCTUM IV. Continebit dolorem de  
admissis vitiis; Item expiationem ac supplica-  
tionem.

PUNCTUM V. Continebit Roboratōnem ac soliditatem cordis, atque voluntatis, contra minutias quaslibet peccatorum, in quo

præcipuuſ debet eſſe labor hujus Examinis atque conatus, ut nempe ab hoc examine voluntas affurgat robustior, validior, cauтор, & quidem ſpiſſior densiorque, ne facile effluat in defectus, ob quòd etiam exameп hoc concludendum eſt humili confeſſione efficacique oratione ad Deum, cujus virtute & gratiâ ſolidemur robore murque in voluntate, ut etiam reliquæ cogitationes noſtræ, diem festum agant Domino per gratiam ipſius.

## INDUSTRIA XI.

*Ratio Examiniſ ſive Actuſ Cenſorii.*

**C**enſorum & Cenſuræ officium, quòd fuerit olim apud veteres Romanos, notum ex historiis Romanis. Hanc cenſuram, ut quandoque agat Vir ſpiritualis in ſua quoque civitate ac Republica, expedit profeſſori in virtute, ut per cenſuram omnium partium, potentiarum, occupationum, actionum, exercitationum, paſſionum, negotiorum, ratio fructus, modus, impedimenta, defectus, vitia, ſterilitates recognoſcantur, corriganſtur, puniantur. Industria ergo præſens præſcribit modum agendæ hujus cenſuræ, per exameп, quòd debet eſſe veluti ſupremæ potestatis supremique judicis ultima ac decretoria cognitio ac dijudicatio, qualis erit vel in puncto mortis, vel in die ultima mundi, à Deo cum unoquoque homine. Examineп hujus erit hæc ſeries.

i. AD hoc exameп actuumque cenſorium, exuat homo ſe ipſum, & tanquam non ipſe ſed alius,